



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 28. Bulla Crucjata a Papa Lusitaniæ Regi concessa

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

die duodecima Martii, Romam ingredi- Sæcul. XVI.  
 tur Oratorum princeps Trifstanus de Cu- A.C. 1514.  
 gna, qui dudum in Indiis moratus, hujus  
 regionis optime gnarus erat. Admit-  
 tebatur is ad alloquium summi Pontificis  
 præsentibus cunctis Cardinalibus, ibique  
 Jacobus Pacecus tertius legationis socius,  
 ac jurisconsultus longe celeberrimus  
 Regis nomine ad Papam orationem di-  
 xit, non minus sententiis gravem, quam  
 verborum facundia præstantissimam,  
 quam Pontifex summa animi voluptate  
 excipiens, paucis respondit, *Regem Ema-* Marian. l. 30  
*nuelem pro eo, ac par esset, se magnificere,* n. 112.  
*allata munera sibi grata extitisse, Et quod po-*  
*sularet, curæ fore; piissimos quoque tan-*  
*ti Principis conatus se pro viribus juva-*  
*turum.*

## §. XXVIII.

*Bulla Cruciatæ a Papa Lusitanicæ  
 Regi concessa.*

Post hæc summus Pontifex *confectis mox* Marian. l. 6.  
*tabulis, verba sunt Marianæ, crucia-*  
*tæ veniam in opem belli Africani Lusitano*  
*Regi concessit. Adjecit in sacri belli sum-*  
*ptus decimarum Ecclesiasticarum tertiam*  
*partem in templorum fabricas, Et sarta*  
*tecta, cultumque consumi solitam: præ-*  
*terea aliorum sacrorum vectigalium in uni-*  
*versa Lusitania decimas indulgit. In usu*  
*harum*

Sæcul. XVI  
A C 1514. harum concessionum prosequitur Mariana, graves extitere difficultates; Ministri & collectores simulatione Religionis inertiae alimenta quærere, multas fraudes concipere, & alioqui ex publicis vedtigalibus quantum peculatus avertit! iis incommodis commotus sacer Ordo centum quinquaginta aureorum millibus (\*) pristinam redemere immunitatem, ac non ultra triennium molestæ exactiones exsistere. Populo grave videbatur, eas copias in victum Sacerdotum, & templorum cultum destinatas alio converti, unde in Aulicorum delitias tandem desinerent, rebus a prima origine mutatis.

## §. XXIX.

*Æthiopiæ Imperatoris Legatio ad Lusitanicæ Regem.*

*Marian l. 30.*  
*n. 113.*  
*Raynald.*  
*ann. 1513. n.*  
*28. & ann.*  
*1514 n. 103.*  
*Ofor. l. 9.* Sub idem tempus David Æthiopiæ Imperator gloriosa Lusitanorum facinora edoctus, gentis adeo bellicosæ amicitiam expetebat: Igitur in spem erectus, quod pro mutuo commercio vires suas Lusitanis jungere posset, ad Regem ablegavit Armeniæ Monachum, Matthæum nomine

(\*) In Gallica Continuatoris editione fors ex errore typi non nisi quinquaginta aureorum millia annotantur; ea vero quæ idem Mariana verbis de suis perperam addidit, non facti veritatem, sed animum livore plenum testantur.